



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 114. Suus Nepos a Papa ad Cæsarem ablegatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæc. XVI „accerfivi complures viros doctos meæ
A.C. 1560. „ditionis, ut in tanta deliberatione ipso-
 rum sententias audirem; nihil autem
 „hucusque defuper fuit decisum.„ De
 cetero Hispaniæ Rex per plurimos
 dies eam responfionem distulit, ac tan-
 dem reddidit, atque probavit, quod
 Synodus convocaretur, atque a Ponti-
 fice ultima Tridentinæ Synodi inter-
 ruptio tolleretur, quem in finem pol-
 licebatur, quod ad tam pium opus fe-
 liciter promovendum omnes fuas vires
 impendere, fuosque Episcopos illuc mit-
 tere, cunctaque in Synodi favorem exe-
 qui velit: nihil tamen hac in re abs
 Cæfaris, & Galliarum Regis consensu
 decidendum existimabat.

§. CXIV.

*Suus Nepos a Papa ad Cæsarem
 ablegatus.*

Pallav. n. 7. *Es seq.* Cum Franciæ Rex aliunde propen-
 sum sese exhiberet, pariter Cæsa-
 rem sollicitare oportebat; ut igitur hic
 quoque ad eadem pertraheretur studia,
 summus Pontifex ad illum ablegabat
 Marcum Siricium Altempfium Comi-
 tem Nobilem germanum, ac tum Cassa-
 nensem Episcopum, istumque comita-
 batur Cornelius Mussus Bituntinus An-
 tistes, qui in Religionis negotio Mar-
 cum adjuturus secum pretiosa dona ad
 cun-

Sæcul. XVI.
A. C. 1560.

cunctos Cæsareæ familiæ Principes deferebat: præcipue vero in mandatis habebat, ut Maximilianum Ferdinandi Filium, ac Bohemiæ Regem ad fidei constantiam hortaretur, cum hic non nihil novis erroribus, ac præprimis utriusque speciei necessitati favere videretur: cum vero Romæ creditum esset, quod Maximilianus cum Protestantibus nimis indulgenter ageret, ut eo facilius Imperio potiretur, hinc Sedis Apostolicæ Nuntius ipsi palam facere nitebatur, quod plus favoris, opisque sibi polliceri posset a Principibus Catholicis, quam hæreticis, aliunde vero res suas in Imperio promovendi unicum esset remedium, si firmiter veræ Religioni adhereret, cum præter Catholicos S. R. Imperii Electores, qui eidem certo suffragaturi essent, insuper summus Pontifex, Regesque Hispaniæ, & Franciæ ipsius causam totis viribus urgere non desisterent: Ast Maximilianus ad tam amplas pollicitationes hæc duntaxat respondit: „piam Pontificis voluntatem „grato animo excipio, conscientiam tamen meam cuilibet temporali commodo potiolem habeo.„ Hæc responsio a Pontificis pessime excipiebatur, nam credebant nonnulli, quod illa hujus Principis dissensionem ab Ecclesia præfagiat, ac
mani-

Sæcul. XVI. manifestum fit testimonium animi ad
 A.C. 1560 Lutheri sectam propensi. (*)

§. CXV.

*Stanislaus Hofius in Germaniam ad
 Cæsarem decretus.*

*Pall. n. 9.
 Bzov. hoc
 ann. n. 60.*

Paulopost summus Pontifex Stanislaum
 Hofium natione Polonum Varmien-
 sem Episcopum, suumque in Cælaris
 Aula

(*) Hanc animadversionem addit Paulus Sarpus: cum autem Solus Amulius in privata quadam epistola 10. Augusti 1560. scripta hujus responsi mentionem faciat, exiguæ videtur esse auctoritatis, uti ostendit Pallavicinus l. 14. c. 14. n. 2. falso tamen Continuator narrat, hanc responsionem a Pontificiis pessime fuisse exceptam: Percipiamus totam rem ex ipso Pallavicino, qui ait: *Ferunt, a Maximiliano responsum, cuilibet mortali commodo conscientiam a se anteferri: effatum, quod in se optimum, si ad rem subjectam falso referretur, corrumpi posset in pessimum; cum in comperto sit, nefariis quibusque Sacrilegiis pietatis clypeum obtendi, Et vere cani, SUA CUIQUE DEUS FIT DIRA CUPIDO: quare quemadmodum inter veneficia ea sunt scelestissima, quæ rebus Sanctissimis abutuntur; ita inter defectiones a recta fide illæ sunt maxime noxiæ, quæ Sacratissima Dei, Et conscientie nomina ad eas cohonestandas profanant.*